Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8172
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



175

Tanta passi estis sine causa si tamen sine causa Qui
ergo tribuit vobis spm et operatur virtutes in vob
ex operibus legis an ex auditu fidei Sicut abra
ham credidit deo et reputatum ei illi ad iustiam
Cognoscite ergo quia qui ex fide hi filii sunt Abra
ae Providens autem scriptura quia ex fide iustificat
gentes deus praenunciavit abrae quia
benedicentur in te omnes gentes Itaque qui ex fide sunt
benedicentur cum fideli abraham Quicumque enim ex
operibus legis sunt sub maledicto sunt Scriptum est
enim maledictus omnis qui non manserit in omnibus
quae scripta sunt in libro legis ut faciat eas Tu
dnta cnta laudes Ex epla pauli ad hebreos
Multifariam multis quoque modis olim deus
loquens patribus nostris in prophetis Novissime
diebus istis locutus est nobis in filio quem con
stituit heredem universorum per quem fecit et saecula
qui cum sit splendor gloriae et figura substantiae eius por
tans quoque omnia verbo virtutis suae purgationem faciens
sedet ad dexteram maiestatis in excelsis Tu
Tanto melior angelis effectus quanto differen
tius prae illis nomen hereditavit Cui enim dixit
aliquando angelorum filius meus es tu ego hodie ge
nui te Et rursum Ego ero illi in patrem et
ipse erit mihi in filium Et cum iterum introducit primo
genitum in orbem terrae dicit Et adorent eum omnes
angeli dei Et ad angelos quidem dicit Qui facit
angelos suos spiritus et ministros suos flammam
ignis Tu autem filium Thronus tuus
deus in saeculum saeculi virga aequitatis virga regni
tui Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem propterea
unxit te deus deus tuus oleo exultationis
prae participibus tuis Et tu in principio dne